

SCRIPTA

Numéro Scripta : 190

Autre(s) référence(s) : Tabuteau 22

Auteur(s) : Hugues II, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Bayeux, Notre-Dame (cathédrale)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1035-1037]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Hugues II, évêque de Bayeux notifie que Robert, archevêque de Rouen, le comte Eudes, le vicomte Néel et d'autres seniores regni ont reconnu, à la suite de sa réclamation, les droits de propriété de l'Eglise de Bayeux sur des biens dérobés à celle-ci après la mort de Richard II et de Robert le Magnifique.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Histoire du château et des sires de Saint-Sauveur-le-Vicomte*, Valognes, Martin, 1867, Pièces just., n° 13, p. 13-16.

b. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., t. 1, n° XXI, p. 27-29.

Indications

Dupuy Hubert, *Recueil des actes des évêques de Bayeux antérieurs à 1205*, Thèse, École des Chartes, 1970, 2 vol. (dactyl.), t. I, n° I, p. 1-2.

Dissertation critique

L'acte peut être daté entre la mort de Robert le Magnifique (1035) et celle de l'archevêque de Rouen, Robert (1037).

Texte établi d'après b

Ego Hugo, Baiocensis episcopus, considerans hæc mortalia, et illa quæ post hæc sperantur æterna, Domini super utraque potest apparere misericordia : Qui quodam felici commercio ista sibi præbentibus, illa dare non moratur. Non enim hoc ex ipsarum rerum sibi convenienti aliqua contingit preciositate ; quia si quolibet justa considerentur ratione, nulla sibi convenient parilitate, cum hæc terrena, illa sint cœlestia ; hæc quoque temporalia, illa vero æterna ; et ut comprehensive dicatur, hæc ruinis et tribulationibus, ultra quam mente comprehendi possit, plena ; illa vero ea felicitate exuberantia quam oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit quæ præparavit Deus diligentibus se. Hoc ergo felici et divino accensus commercio, videns quosdam raptores ecclesie qui, post excessum Ricardi comitis ejusque filii Rotberti, omni postposita æquitate, jure quodam tyrannico terras Sanctæ Mariæ plurimas Baiocensis ecclesie quia vi abstulerant, dolui, quod multum diu ferre non potui, sed Roberto archiepiscopo, et comiti, et vicecomiti Niello, ceterisque senioribus regni justiciam gerentibus facere clamorem necessarium duxi. Quo vero clamore prolato in medio, invenerunt Robertus, scilicet archiepiscopus, Odo comes,

et Niellus vicecomes, aliique seniores justiciam regni obtinentes, quod illas terras, quarum clamorem facerem, sub episcopali sacramento Sanctæ Mariæ in perpetuum acquirere deberem. Quod et feci, terrarumque nomina tali notatione in hac cartula subscripsi : terram de Manerba totam ; et terram Aschitilli Rufi ; et terram Hammet ; et terram filiorum Esscerpenc ; et terram Rodulfi de Multerol ; et terram Hugonis filii Luvet ; et terram Saverici ; et terram de Mesransend ; et ecclesiam de Sancto Germano ; et terram de Asfredivilla ; et terram de Sancto Contesto ; et silvam de Voilei, et de Monte Inferno ; et totum boscum de La Bisazia, et de Grocei ; et boscum de Loges ; et haiam del Parchet ; et consuetudinem de silva de Lehedun ; et terram Nurgotti ; et terram Willelmi sui fratris ; et alloders, in Duvero ; et fossam Lucon ; et insulas ut Haia tenet ; et caram et caram ; et consuetudinem de bosco de Molbrai ; et terram de Sancto Sulpicio ; et haiam de Savigei ; et molendinum de Portu ; et terram in Magistrei ; et terras Suardi, exceptis ipsis quas cum sua femina accepit ; et terram de Labunia ; et terram de Jurches, et de Rotunda Felchera ; et terram de Petitvilla ; et terram de Spania ; et terram Wimundi de Felcheroles ; et terram Aschetilli de Coltun ; et terram ubi parvus episcopi fuit in Baiocis ; et terram Rodulfi Banasti ; et terram Rogeri filii Turstini Sauri ; et terram de Lacei ; et terram Turstini Scorza Vetula ; et terram Herberti filii Burnegc, excepto suo allodio ; et totam terram Rodulfi Fichet, excepto suo allodio ; et terram de Fraisnit ; et terram Turstini Contevassal ; et terram Acerin ; et terram Rannulfi filii Ildeberty ; et terram de Urcei cum omnibus suis pertinentiis ; et ecclesiam de Mulgei ; et terram de Sancto Marculfo ; et servicium de tota terra de Lisun ; et terram in Bremoest quam Latum Dorsum tenebat ; et ecclesias de Cadun ; et leucam de Cambremer ; et terram in Magnei ; et terram de Bruherlad ; et ipsas terras quas ego comparavi de Walterio de Andet et de suis parentibus.